

« in peccatorum tuorum remissione tibi ^(a) iniungo, quatinus ad
 « Dei honorem et in mei nominis titulo horifice in hoc loco ec-
 « clesiam fundare studeas ^(b), ut in natalicii mei die universus Tor-
 « cellanus populus in ea congregate ^(c). iunior vero ille, qui ^(d)
 5 cum eo erat, dixit: « ego sum servus Dei nomine Antoninus, qui
 « pro Christi nomine passus fui ^(e); ideoque precipio tibi ut parvam
 « ecclesiam iuxta magistri mei basilicam in honore ^(f) Dei et sub
 « titulo nominis mei edifices, nichil tamen alieni ^(g) operis inter
 « utrasque ecclesias ^(h) facere presummas. in qua si quis iuste ac de-
 10 « vota mente aliquid pecierit ⁽ⁱ⁾, meis precibus ^(k) apud Deum obtinere
 « non ambiget. cave ut, sicut tibi designaverimus, ipsas ecclesias
 « extruere facias ^(l). in quartum autem cum pervenisset littus,
 visum ^(m) fuit ei quod totum littus vineis esset plenum maturissi-
 mas uvas habentibus, et ⁽ⁿ⁾ ecce nubes illa, quam paulo ante diximus,
 15 apparuit ei ^(o); ad quam cum accessisset, decora facie puellam quan-
 dam in sede preciosa ^(p) sedentem aspexit, que ^(q) dixit: « ego sum
 « Iustina virgo ^(r), que pro Christi nomine in Patavi ^(s) civitate passa
 « fui ^(t); pro eius amore te deprecor ut parvam ecclesiam in Dei
 « honore et mei nominis commemoratione in hoc littore construere
 20 « facias » ^(u). his omnibus taliter revelatis, visum sibi fuerat in cu-
 iusdam brevissime tumbe loco persistere, ubi ^(v) et nubes illa lucida
 apparuit ei ^(w), supra quam solem illustrantibus radiis ^(y) aspexit.
 in eadem autem ^(z) nube vir quidam mirabilis aspectu ^(aa) erat dicens ei:
 « ego sum Iohannes Baptista precursor Domini ^(bb); deprecor ^(cc) te per
 25 « nomen eius, ut secundum hanc, quam tibi in hoc loco ostendero,
 « formam ecclesiam michi edificare facias » ^(dd), in qua die nocte
 tuque ^(ee) orationibus ac vigiliis sibi vacare iniunxit ^(ff), nec non per

- (a) *Su* tibi ex parte Dei (b) *Su* curabis (c) *Su* congreg. et Deus ibidem adoretur
 (d) *Su* iuuenis autem qui (e) *Su* martirium passus sum (f) *Su* in honorem (g) *MSu*
 alicuius *Su* alicui (h) *UVu* *SMom.* eccl. (i) *Su* devote a Deo intercessione mea pecierit
 (k) *Su* precationibus (l) *Su* ambigat, quare fac ut, quemadmodum tibi indicavimus, ips.
 eccl. erigere facies (m) *Su* eidem vis. (n) *Su* tunc (o) *Su* eidem appar. (p) *Su* spe-
 ciosa (q) *Su* que quidem (r) *Su* virgo et martir (s) *Su* Patavina (t) *Su* marti-
 rium fui passa (u) *Su* pro Christi honore et nominis mei amore in hoc littore volo ut
 eccl. milie parva fabricetur (v) *Su* his omn. hoc modo habitu visionibus, videbatur esse
 ac esse perductam in culus. brev. tombe loco, ubi (x) *Su* eidem app. (y) *Su* rad. ill.
 (z) *Su* in qua quidem (aa) *Su* asp. mirab. (bb) *Su* Dom. precur. (cc) *Su* quam-
 brem te deprecor ut secundum exemplar, quod tibi hoc in loco premonstravero, eccl.
 (dd) *Su* fac. ediff. (ee) *Su* ac nocte (ff) *Su* et vigil. vacare iniungam